

264
FRANCISCVS ERICIVS
DUX XCVIII.

*Electus Ann. 1631. obiit tertio Non. Ianuarii
Ann. 1645.*

EPIGRAPHE ANTIQVA.

Romanæ Lupa in Castrum irruenti Leonem Venetum cum Parma obieci, & aduersas acies repressi communis concordia causa, donec pax extitit. Rursum pro Ecclesiâ Românâ bella pia, & iusta suscepit, & Luna & Turcicæ in Creta, Canæ occupatæ, crescenti me opposui, obiecturus abdicato Principatu Caput, ni Mors prius me abstulisset. Corde D. Marco in pignus relixit.

XCVIII



Ranciscus Ericius Legionum Tribunus, Castrorum Praefectus, ductor exercitus, nunquam infastus, ubique victor, quod eius conscientia timeret aurum, non ferrum. Gloriæ avidus non rapinæ, disciplinam restituit in castris, pœnas ita amore temperans, ut crimen puniret non hominem. Eques ac D. Marci Procurator ad Ferdinandum II. Legatus Imperatorem, & ad Pontificem Vrbanum VIII. ostendit Venetam Rempublicam, populorum fœdera ambire, non jura. Bello præpositus Mantuanus fulmina